



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.35. Translatio S. Cypriani.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæculum IX. ea conditione, ut si Fortunatus Sedem  
 A.C. 807. suam Gradensem denuo reciperet, Eccle-  
 sia Polensi nihil de ejus Bonis retinens  
 cederet. Subjungit adnotationem in  
 huncmodum: *Cum te de Dignitate For-*  
*tunati conservanda sollicitum videamus,*  
*rogamus, ut etiam animæ ipsius curam*  
*geras; sic enim ille, quia Auctoritatem*  
*tuam pertimescit, ad officium compelletur.*  
*Quæ de ejus moribus audivimus (relata*  
*sunt vero ex Francia) indigna sunt Ar-*  
*chiepiscopo. Fidissimos tuorum interro-*  
*ga, & veritas ad te perveniet; nam qui*  
*tibi laudabilia de eo referunt, donis ac-*  
*ceptis corrupti sunt. Hæc autem solo*  
*tuæ Salutis amore permoti tibi scribimus.*  
*Interrogare potes Hildebaldum Archie-*  
*piscopum, & Ercanbaldum Cancellarium.*  
 Ann. Loifel. Est hic Archambaldus, qui alibi Caroli  
 & Egin. an. a secretis esse dicitur.  
 801.

## §. XXXV.

*Translatio S. Cypriani.*

Eginh. an. Carolo Imperatore anno octingentesi-  
 mo septimo Aquisgrani agente ad-  
 venit Legatus Califæ Aaronis, quem duo  
 Monachi Jerosolymitani Georgius & Fe-  
 lix a Thoma Patriarcha missi comitaban-  
 tur. Eodem anno S. Cypriani Reliquiæ  
 in Franciam allatæ. Nam cum Legati  
 a Carolo Imperatore missi ad Aaronem,  
 per Africam domum remearent, vide-  
 rentque

Ado. Chron.  
 Id. Martyr.  
 14. Sept.  
 Agob. carm.

rentque urbem Carthaginem everfam, & Sæculum IX.  
 sepulchra Martyrum deserta, Califam ro- A. C. 807.  
 garunt, ut licentiam Reliquias S. Cypria-  
 ni auferendi daret. Ille rem, quam flocci æstimabat, Carolo gratum facturus *Sup. Lib.*  
 facile concessit. Itaque Legati ossa S. Cy- *V. §. 3.*  
 priani, S. Sperati, Martyris ex Scillitano-  
 rum numero, & S. Pantaleonis caput ac-  
 cipiunt, nave conscensa, felici naviga-  
 tione Arelatem perveniunt, & relictis  
 ibi Reliquiis Sigillo munitis impigre Im-  
 peratorem adeunt, itineris sui rationem  
 reddituri. Imperator adventum pretio-  
 sissimarum Reliquiarum lætus accepit,  
 jussitque, ut Arelate asservarentur, do-  
 nec in regno suo magnificam extruxis-  
 set Ecclesiam, in qua decenti honore de-  
 ponerentur. Cum vero moræ ex moris  
 nascerentur & in longum differretur hoc  
 opus, Leidradus Archiepiscopus Lugdu-  
 nensis, precibus ab Imperatore obtinuit,  
 ut ipso licentiam concedente in illam Ci-  
 vitatem afferrentur Reliquiæ, quas in Ec-  
 clesia Cathedrali post Altare Majus de-  
 posuit.

## §. XXXVI.

*Leidradus Archiepiscopus Lug-  
 dunensis.*

Leidradus in Norico natus Theodulfo *Theod. carm.*  
 Episcopo Aurelianensi, cum a Princi- *ad judic. l. i.*  
 pe delegatus illas Provincias, quas hodie *Coint. an. 790*  
 T t 3 Del- *n. 10.*